



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Quisnam sit extra casum necessitatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT II.

De Ministro Baptismi

§. I. Quisnam sit, praescindendo à casu necessitatis.

Minister Ordinarius Baptismi est Sacerdos, & quidem proprius, id est Parochus.

Hinc, non solum Laicus extra necessitatem baptizans, peccat, sed etiam alius Sacerdos, quamvis hic sit Parochus alterius Parochiae, nisi de licentia Episcopi, qui certe est supremus Parochus suae diocesis, vel de licentia proprii Parochi, quae sola sufficit, neque enim ad Baptismum requiritur approbatio Episcopi, sicuti requiritur ad Sacramentum Penitentiae.

2. Inquires Qualem est hoc peccatum?

Respondeo, cum Navarr. cap. 27, n. 7. ex c. interdictum 2. q. 9. Castrop. alios citante de bapt. disp. unic. p. 9. n. 2. & G. Hurt. d. 2. de bapt. diff. 2. vers. Diaconus ergo, esse mortale ex genere suo, & contra iustitiam, quia agitur contra officium alterius, nisi excusetur baptizans, à licentia praesumpta Parochi, quae certe sufficit.

3. Dixi ex genere suo, nam si fiat semel, aut bis, non contradicente Parocho; seu non multum ipso de huiusmodi collatione laborante; videtur esse parvitas materiae, adeoque ad summum veniale.

4. Inquires iterum. Vicarius Generalis potestne sine peccato baptizare oves Parochi suae diocesis, aliisque licentiam hanc concedere, contradicente Parocho? Praescindimus autem ab elemosyna, quae fortè ex lege, vel consuetudine cedit Parocho ex collatione baptismi, ea enim omnino Parocho semper debetur.

5. Respondeo ex speciali Episcopi concessione data circa baptismum suo vicario, posse sine dubio. Nam sicut potest ex se Episcopus, quia, ut diximus, est supremus Parochus, ita potest eam potestatem aliis delegare.

6. At ex sola Vicariatus constitutione, quid dicendum?

Respondeo. Colligo ex Babola de potest. Episc. p. 3. Alleg. 54. posse. Is enim docet, vicarium ea non posse sine speciali commissione quae propter rei gravitatem indiget speciali concessione. At non est tanti Baptismum conferre, licentiamque ad illud conferendum dare. Et quidem idem ibidem ponit per extensum quadraginta novem casus, in quibus dictus Vicarius indiget praedicta peculiari concessione, inter quos, ille, de quo agimus, nequaquam adest.

7. An religiosi ex privilegio possint extra necessitatem baptizare sine Parochi licentia, vide Castropalaum de bapt. d. unic. p. 9. n. 3. qui cum Suario docet, solum eos posse in tetris Infidelium, ubi nondum fundatae sunt Ecclesiae. Extra necessitatem ergo Religiosi nequeunt sine licentia Parochi baptizare, solemniter, sicuti nequeunt ceteri Sacerdotes, cum ejus autem licentia non peccabunt contra ius Parochi, sed tamen peccabunt, quia iis prohibitum est in Sacris Canonibus. Verum contra hanc prohibitionem ire, non peccare eos, nisi levissime venialiter, & facile posse excusari ex sola voluntate Patris, id est ex devotione à Religioso petentis, fuisse probat Quintanadueñas de bapt. sing. ult. An iidem possint esse Patrini, dicam loco suo infra c. 4. §. 2. c. 20.

§. II. Minister Baptismi in casu necessitatis.

In necessitate, hoc est, quando est periculum, ne quis absque Baptismo decedat, quod periculum Medici, vel Obstetrices, vel vir prudens cognoscere debet, nec tamen scrupulose, quia quilibet rationalis timor mortis sufficit, ut benignissime docet Quintanadueñas de bapt. singul. 20. in necessitate, inquam, quilibet quemlibet baptizare licite valet.

2. Docemus tamen hunc ordinem esse servandum, ut scilicet absente Parocho, hoc Sacramentum administret

Sacerdos quicumque, hoc absente, Diaconus, tum Exorcista, tum Ostitarius, tum demum Clericus prime vocatus, tum Fegmina, ultimo Haereticus, Infidelis, & Laicus. Ita Sanct. Th. 3. p. 9. 67. art. p. 6. dicitur, alique per Laicum non excommunicatum praestari debere. Sed hoc, imo, & Sacerdoti excommunicato, tum tolerato, docet G. Hurt. de bapt. d. 2. vers. ne, sed non esse praefendum merito docet Henricus Vgolin. ap. Leandrum de excommunic. d. 4. §. 9. De Lugo de penit. d. 18. n. 37. contra Suar. & alios pro illo articulo, aequè est Minister non excommunicatus, atque excommunicatus.

3. Circa praedicta sunt adnotanda tria. Primum, hunc ordinem, non videtur (teste Soto in 4. q. 1. art. 5. Valentia dub. 4. q. 2. p. p. vers. quatenus) & Bonae, multos citans d. 2. de bapt. p. 2. §. 1. gravis, praescindendo ab alio inconveniente quod si Haereticus praefertur Catholico cum secundo, cum periculo conferendi invalide Baptismum, etiam inconveniens, ait, Val. l. c. occurrere, si licet inferior vellet praeferi Sacerdoti volenti baptizare, enim peccaret mortaliter laicus, seu inferior, cum sit proprium Sacerdotis munus, licet non contra officii proprietatem, ut quando ipse adest, vel tamen possit alius ministrare. Quidquid sentiat Castropalaum d. unic. p. 9. n. 10. qui in hac administratione proprium Sacerdotem putat, semper esse mortale.

4. Quaes. Si adest mulier v. g. quae probabiliter caretur esse in statu gratiae, adestet autem & vir Sacerdos, qui ob publicum ejus concubinatum, praetaretur esse in mortali, essetne in actione praedicta zandi, praefendus vir seu Sacerdos initius, nec iust? Respondeo cum Filiuc. hic de bapt. praetaretur. Cum enim ministrare in mortali hoc Sacramentum, & sine solemnitate, non sit mortale, ut supra videmus l. p. de Sac. in gen. c. 2. §. 3. non est, unde praedictus legitimus sit praefertendus.

5. Secundum. Non solum est congruum, sed omnino est, Superiorem cedere ejusmodi officio inferiori, virum v. g. mulieri, quando inferior est petens baptizandum, ut nimirum sic securus confectum necessitatis Sacramentum.

6. Tertium. Qui baptizat in necessitate, contrahit cognitionem spirituales cum baptizato, & cum ejus parentibus, qui etiam tum, vere baptizat ex ipso quod dicitur.

7. Atque in hoc adverte notabile discrimen. Nam baptizat in praedicta necessitate certo contrahit cognationem, ut iam dixi. At eum, qui in eadem necessitate petim, è sacro Fonte suscipit baptizatum, cognationem contrahere, solum est probabile, cum aliqui negent trahere, aliqui affirmant, ut infra c. 4. §. 1. n. 3. dicitur.

8. Illa tamen hic adest limitatio. Nam Pater baptizans in praedicta necessitate filium legitimum, non contrahit cognationem cum uxore sua, unde debet petere, quia sic manifeste disponit in c. ad Limina 30. q. 9. id quod cum G. Hurt. de mon. d. diff. 6. sine. intelligi, etiam si alii adfuerint, qui possunt baptizare, esto Sanct. l. 7. max. d. 57. putet contrahere, quod alii adfuerint.

9. Dixi filium legitimum. Si enim Pater baptizatum suum natum ex sua Concubina, & confectum non legitimum, ita contrahit cognationem spirituales cum illa, ut non possit eandem docere in uxorem. Ita Sanct. Henric. alijs; quos citat, sequiturque Bonae de matr. p. 5. §. 2. n. 11. Ratio hujus doctrinae inde ducitur, quia Regula generalis est, ut contrahatur dicta cognatio inter baptizatum, & parentes baptizati, & solam praedicta iure, Ad limina excipitur baptizans in necessitate suum filium susceptum à sua conjugē. Et propter partem rationis, filium ejusdem suae conjugis quamvis non legitimum rationis, filium itro, ut manifeste colligitur quam Siculi appellamus, filia itro, ut manifeste colligitur ex dicto c. ad limina. At illa Concubina, contra rationem, ex dicto c. ad limina. At illa Concubina, contra rationem, ex dicto c. ad limina. At illa Concubina, contra rationem, ex dicto c. ad limina.